Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Plantarum Belgii confoederati indigenarum spicilegium, quo Dav. Gorteri viri cl. Flora VII provinciarum locupletatur

https://hdl.handle.net/1874/425032

Botanisch Museum en
Herbarium - Utrecht.
Lange Nieuwstraat 106

# PLANTARUM BELGII CONFOEDERATI INDIGENARUM SPICILEGIUM.

# PLANTARUM
# BELGII CONFOEDERATI
# INDIGENARUM
# SPICILEGIUM,

Quo DAV. GORTERI viri cl. Flora VII. Provinciarum locupletatur,


AUCTORE

STEPHANO JOANNE VAN GEUNS,

*MED. ET PHILOS. CAND.*


*Nemo reprehenſus qui e ſegete ad ſpicilegium reliquit ſtipulam.*

CATO de re ruſt. L. I.


*HARDERVICI*

APUD JOANNEM VAN KASTEEL, 1788.

*PATRI*

*AMANTISSIMO*

MATTHIAE VAN GEUNS,

MEDICINÆ DOCTORI, EJUSQUE IN ACADEMIA GELRO-ZUTPHANICA PROFESSORI PRIMARIO, PRAXEOS AUTEM ATQUE OBSTETRICIÆ, NEC NON BOTANICES AC CHEMIÆ ORDINARIO, REIPUBLICÆ GELRO-ZUTPHANICÆ ARCHIATRO, PLURIBUS DENIQUE ERUDITORUM SOCIETATIBUS VARIO NOMINE ADSCRIPTO,

VITÆ SUÆ AC STUDIORUM DUCI FIDELISSIMO,

PRÆCEPTORI OPTIMO,

HOC OPUSCULUM,
ANIMO PIO AC GRATO

AUCTOR
DICAT.

# PRÆFATIO.

Septem fere anni effluxere, e quo plantarum patriæ noſtræ indigenarum indicem illum in lucem emiſit David de Gorter, vir cl., quem *Floram* VII *Provinciarum Belgii foederati indigenam* vocavit. Qui liber, natus ex alio quatuordecim annis ante hunc edito, titulo *Floræ Belgicæ*, ejusque *Appendice* & *Supplementis*, curâ ultima cl. Gorteri, accedente etiam ope plurium in patria Botanophilorum, perfectior ſic & caſtigatior prodiit.

Utraque autem hæc Flora vel ideo plenior eſſe credenda eſt in recenſione ſtirpium Gelricarum, maxime vero earum, quæ circa Hardervicum vegetant; tum quod Gorterus ipſe in hac regione

& urbe præcipue vixerit, rei herbariæ operam dederit, eamque, ipſo etiam Linnæo duce, excurſionibus botanicis perfecerit, maxime quando docendi etiam munus dein acceſſiſſet; cujus quidem diligentiæ teſtis eſt particularis hujus regionis plantarum notitia, quam A. 1745., titulo *Floræ Gelro-Zutphanicæ*, edidit, & *Appendice* A. 1757. auxit: tum quoque quod revera Hardervicenus ager Floræ indigenæ divitiis adeo ſpectabilis ſit, ut magis locupletem harum naturæ opum theſaurum in alio hujus regionis, & vel Belgicæ univerſæ, loco vix reperiri poſſe, cenſeamus.

Itaque quum ultimum edita illa, de qua dicere incepi, Gorteri Flora eo fere tempore prodierit, quo ipſe inter Medicinæ tirocinia, fideli Patris mei ductu atque inſtigatione, ad botanica quoque ſtudia animum appuli, eademque, uſu horti noſtri Academici, egregie inſtructi, lubens excolui, his naturæ deliciis captus, non alio duce magis idoneo, quam

Gorteri hoc libro, uti me poſſe credidi, ad inveſtigandas, etiam ipſo natali in ſolo, plantas ſponte apud nos creſcentes.

Eo autem tempore ſuſpicari vix poteram, vel in agro noſtro Harderviceno deprehenſurum me eſſe ſtirpes, quæ acutos illos Gorteri, ne dicam Linnæi, oculos fugiſſent; quamvis viri diligentiſſimi modeſtia ſpem talem, maxime quo ad cryptogamicas plantas, ſemel iterumque aluerit (*). Contigit tamen brevi, ut in unam alteramque plantam incurrerem, in Flora illa VII Provinciarum non notatam; qua quidem obſervatione excitato, plurium detegendi deſiderium continuo augebatur.

Neque juvenilem hunc impetum ſucceſſus retudit. Creſcebat enim indies repertarum ſtirpium, quibus Gorteri catalogus ſuppleri poſſet, numerus, ita ut, quum ad centenarium jam hic acceſſiſſet, animum facile ſubierit cogitatio,

(*) Vid. *Flor. Gelro-Zutph. præf.* pag. penult., item *Flor. Belg. præf.* pag. XIV., & *Flor. VII. Prov. præf.* pag. II.

ſtirpium harum novarum notitiam aliquam in lucem aliquando edendi, & Floram imprimis Gelro-Zutphanicam amplificandi plena ſtirpium omnium, quibus agrum Hardervicenum natura inſtruxit, recenſione. Solus enim hic ager auctarium illud Floræ mihi hactenus ſuggeſſerat, ipſiusque divitias, modo laudatas, tantas porro deprehendi, ut plantarum circa hanc urbem creſcentium numerus mihi pedetentim ultra 800 auctus fuerit, atque inter has vel 250 occurrerint, quarum nullam in Flora Gelro-Zutphanica, ejusve Appendice, (quibus tantum ſtirpes 580 vere indigenæ continentur), mentionem fecerat cel. Gorterus.

Tam eximiam ergo Floræ fœcunditatem, qua dulcis noſtra muſarum ſedes, Hardervicum, ad ſuum imprimis agrum botanophilos allicit, ecquis plena dignam non putaverit enarratione!

Hanc autem dum deinceps forte paraturi ſumus, nunc id prius agendum duximus, ut ſpicilegio hoc illas tantum of-

ferremus plantas, quæ a Gortero, inter plantas ſeptem patriæ univerſæ regionum indigenas, non fuere commemoratæ. Quo titulo igitur nunc 150 recenſemus plantarum ſpecies, quibus Gorteri illa ultima Flora ditetur & ſuppleatur.

Scilicet, poſt primas illas meas in agro Harderviceno excurſiones botanicas, in aliis quoque pluribus, & Gelriæ & aliarum provinciarum, locis, plantas indigenas dein inveſtigandi, ultraque etiam a Gortero omiſſas reperiundi, occaſio non defuit.

Neque defuere aliena ad hanc meſſem alteram ſubſidia; quo loco mihi inprimis laudandus eſt cl. Frid. Ehrhart, Botanicus regius Hannoveranus, oculatiſſimus plantarum, præcipue minorum & obſcurarum, ſcrutator (*), idemque indo-

(*) Teſtari hoc poſſunt tum bene multæ, quas detexit, novæ plantarum ſpecies, a Linnæo fil. & Hedwigio operibus ſuis inſertæ, tum varia ipſius viri cl. opuscula, inter quæ *Phytophylacem Luneburgenſem*, & *Collectanea ad Hiſtoriam naturalem* (*Beiträge zur naturkunde*), quorum jam tria volumina prodierunt, ſufficiat nominaſſe.

lis ingenuæ candore, ac morum vitæque ſimplicitate venerabilis. Hic enim vir eximius, quando, aliquot abhinc annis, iter ſuum botanicum pedeſtre ad quasdam etiam Belgii regiones extendiſſet, hortumque noſtrum & noſtras oras diligenter viſitaret, in Patris mei amicitiam venit, mihique adeo ducem ſe & comitem facilis dedit, quocum agros noſtros et ſuburbia perquireret. Quo factum eſt, ut et primus ille meus botanices amor ultra exarſerit, et ipſe, quod gratus commemoro, ad examen cryptogamicarum aliarumque cognitu difficiliorum plantarum, in quibus *Gorteri* opera plurimum deficit, aptior evaſerim. Ehrhartus igitur, quum, in ipſo hoc itinere, plures a Gortero omiſſas plantas in Belgio inveniſſet, brevem earum enumerationem dein in *Promptuario Hannoverano* dedit (*), noſtratibus tamen vix notam. Hanc itaque opuſculo noſtro inſeruimus, prouti laudata a nobis Ehrhar-

(*) *Hannoveriſches Magazin* 1783, 12-18 *ſtück*.

ti auctoritas, plantas illas, quae ab ipſo repertæ ſunt, indicat.

Secutus fui in hoc libello ordinem atque rationem Floræ Gorterianæ, ut ipſi meſſi ſpicilegium eo melius accommodarem. Plantas igitur meas diſpoſui ad methodum Linnæi, & hujus viri ſummi characteres ſpecificos, ſubinde tamen ad naturæ obſervationem mutatos, ſingulis adſcripſi ex ultima, quam ill. Murray curavit, *Syſtematis Vegetabilium* editione. Plura quidem variorum auctorum ſynonyma Linnæano nomini & characteri, Gorteri exemplo, addere, facile profecto fuiſſet: ſed ratum habui his libelli molem non augere. Dum enim tironibus talia ſynonyma majorem fere parere confuſionem ſolent, quam veram illuſtrationem, rei herbariæ periti hæc facili opera, ſi tanti rem faciant, ex *Syſtemate Plantarum* Linnæi a Cl. Reichard edito, quod omnium teritur manibus, eruere poterunt. Illis vero ſtirpibus, quas recentiſſimorum auctorum induſtria ab eo tempore detexit vel extricavit, præ-

fixo aſteriſci ſigno diſtinctis, nomina impoſui & characteres auctorum illorum, qui primi illas Linnæana methodo definiverunt; atque his ſolis, quum in *Syſtemate Plantarum* non reperiantur, ſelecta quoque aliorum botanicorum ſynonyma addenda eſſe duxi. Quia denique una etiam alteraque plantæ ſpecies hic a nobis poſita ſit, quas fruſtra tum apud Linnæum, tum apud alios auctores botanicos quaeſivimus, has ipſi definire pro virili debuimus.

Quod ſupereſt, *quæ huic opuſculo deſunt ſuppleat ætas, & ſi quæ dicta ſunt juveniliter, pro indole accipiantur* (*).

Dab. Hardervici, Id. Sept.
MDCCLXXXVIII.

---

(*) Quintilianus *Inſt. Orat. L.* XII.

* * *
* *
*

# PLANTARUM
# BELGII CONFOEDERATI
# INDIGENARUM
# SPICILEGIUM.

## EX CLASSE II.

## DIANDRIA.

### MONOGYNIA.

1. VERONICA floribus ſolitariis, foliis digitato partitis, pedunculis calyce brevioribus. *Linn. Syſt. vegetab.* gen. 25. ſpec. 36. *verna.*

*Op zaailanden aan de Zandſteeg en elders by* Harderwyk.

## EX CLASSE III

# TRIANDRIA.

### MONOGYNIA.

*fuſcus.* 2. SCHOENUS culmo (ſubtriquetro) folioſo, ſpiculis ſubfaſciculatis, foliis filiformibus canaliculatis. *Syſt. veg.* 65. 5.

*By* Hengelo *en* Venbrug *in* Overyſſel (Ehrhart).
*Op veenachtige lage heide-velden by* Harderwyk.

Diſtincta omnino videtur ſpecies a ſequente, quacum tamen conjunxit Hudſonus. Bene illam nuperius deſcripſit Roth in *Beiträge zur Botanik II th. ſ.* 125.

*albus.* 3. SCHOENUS culmo ſubtriquetro folioſo, floribus faſciculatis, foliis ſetaceis. *Syſt. veg.* 65. 13.

*Tuſſchen* Zwol *en de* kleine Haar, *en tuſſchen* Hardenberg *en* Venbrug *in* Overyſſel (Ehrhart).
*Op dezelfde gronden en plaatſen, als de voorgaande; niet zeldzaam op de lage heidevelden van de* Veluwe.

### DIGYNIA.

*Canarienſis.* 4. PHALARIS panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis. *Syſt. veg.* 74. 1.

*Langs de wegen, aan mesthopen, en op de Stadswallen van* Arnhem, Harderwyk, Naarden *en andere plaatſen.*

Hæc utique Floræ indigenæ inſerenda eſt, niſi velimus etiam *Ilicem Aquifolium*, *Linum uſitatiſſimum*, *Galanthum nivalem*, *Prunum domeſticam*, ipſum *Erigeron canadenſe*, ſimilesque ſtirpes, exoticas quondam, nunc vero civitatis jure donatas, excludere.

5. PANICUM ſpica tereti, involucellis unifloris fasciculato piloſis, ſeminibus nervoſis. *Syſt. veg.* 76. 5. *viride.*

*By* Heemze (Ehrhart).
*Op zandige bouwlanden by* Harderwyk, Putten, *en* Naarden.

Anne hæc eadem planta ac n. 34. *Floræ Gelro-Zutphanicæ p.* 12 & 243? Sic ſuadet ſynonymon C. Bauhini; ſed quare igitur poſtea in ſuis ſcriptis eam omiſerit Gorterus, non perſpicio.
Involucella non biflora. Neque calyx trivalvis.

6. AIRA foliis ſetaceis, vaginis angulatis, floribus ſubſpicatis, floſculis baſi ariſtatis. *Syſt. veg.* 81. 12. *præcox.*
*By* Hengelo (Ehrhart).
*Veel by* Harderwyk *op droge zandige plaatſen.*

Ariſta dorſalis contorta! Adeoque Avenæ ſpecies.

*7. POA panicula diffuſa, ſpiculis multifloris linearibus, culmo baſi ſubrepente, ſpicula- *maritima.*

rum glumis obtuſiſſimis. *Pollich hiſt. plantarum in Palatinatu Electorali ſponte naſcentium tom.* I. *p.* 89.

*Aan het zee-ſtrand van de Zuider-zee by* Nykerk, Harderwyk en Elburg.

Sit ne hoc gramen mera varietas Airæ aquaticæ, an vero diſtincta ſpecies ad Poæ genus referenda, uti Pollichius d. l. & Ehrhartus (*Beiträge zur Naturk.* 1 *band. ſ.* 68.) volunt, nondum certo conſtat. Mihi quidem, qui non ſemel in eodem Airæ aquaticæ, procul a mari creſcentis, ſpecimine, ſpiculas vidi & bifloras, & tri-, quadri-, quinque-, imo ſex-floras, prior ſententia probabilior videtur.

*Poa maritima* Rainvillii, quam cl. de Gorter (*Flor. VII. prov. n.* 87.) deſcribit, multis modis, non tamen omnibus, cum noſtra planta congruit. Doleo hujus ſpecimen, quod dubium ſolvere poſſet, non ſupereſſe in horto ſicco Gorteriano, cujus copiam Academiæ huic nuper fecit cl. viri vidua.

*rubra.* 8. FESTUCA panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ariſtatis, floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. *Syſt. veg.* 88. 3.

*Op droge zandige plaatſen langs de wegen by* Harderwyk.

*maritimum.* *9. HORDEUM floſculis lateralibus (maſculis &) ſpuriis ariſtatis, involucris (omnibus) ſcabris. *Oeder in explic. tab.* 630 *ſue*

*Floræ Danicæ*, *Roth Beiträge zur Botanik* II *th. ſ.* 97.

Gramen ſpicatum ſecalinum maritimum minus. *Tournef. Inſt. rei herb. t.* I. *p.* 518, *Scheuchzer Agroſtogr. p.* 18. *n.* 4.

Gramen ſecalinum paluſtre & maritimum. *Rai Catal. plant. Angl. p.* 152., *Synopſ. method. ſtirp. Britann. p.* 242., *Hiſt. plant. vol.* II. *p.* 1258.

*Veel op de hooilanden aan het zee-ſtrand tusſchen* Harderwyk *en* Nykerk.

„ Invenitur menſe Majo & Junio in maritimis Belgii ", Scheuchzer l. c.

Recte jam Raius l. l. dixit, differre ab Hordeo ſpurio, i. e. *murino*, quod culmus ſit procerior & gracilior, ariſtæ breviores. Idem confirmant icon præclara Oederi, & diſtinctionis notæ a Rothio d. l. exhibitæ; antherarum tamen quod ille delineat, hic deſcribit, diſcrimen, nullum obſervare potui. Neque omnes floſculi laterales ſpurii & inanes ſunt, uti iidem volunt, ſed illi tantum qui ſuperiorem ſpicæ partem tenent.

Non commemoratur a Linnæo, uti recte dixerunt ill. Hallerus *in Append. I. ad Scheuchz. Agroſtogr. p.* 4., & Rothius d. l. Quam enim huc pertinere contendit Ehrhartus (*Beitr. zur Naturkunde III b. ſ.* 155.), varietas β Hordei murini Linn., referenda eſt ad *Hordeum ſecalinum* Schreberi.

*10. HORDEUM floſculis lateralibus masculis (& ſpuriis) ariſtatis, involucris ſeta- *ſecalinum.*

ceis ſcabris. *Schreber ſpicileg. Floræ Lipſ. p.* 148.

Hordeum murinum β. *Linn. Fl. Suec. ed.* 2. *n.* 113., *Spec. plant. t.* 1. *p.* 126.

Gramen ſpicatum ſecalinum minus. *Tourneſ. d. l., Scheuchz. Agroſtogr. p.* 17. *n.* 3., *Vaillant. Botan. Pariſ. p.* 83. *tab.* 17. *f.* 6.

Hordeum ſpicis diſtichis, folliculo brevi, glumis calycinis ariſtatis. *Haller Hiſt. ſtirp. Helv.* n. 1538.

*An* Hordeum murinum microſtachyon *Ehrharti? Conf. Hannov. Magaz.* 1780. 14 *ſtück.*

*Op* Doreweerd *in* Gelderland.

Simillimum præcedenti gramen; neque ſpecie ab eo differre, mihi, cui utriusque plantæ plurima ſpecimina colligere & conferre licuit, videtur. Separat tamen Scheuchzerus, quem Hallerus (*l. c. & Append. ad Scheuchz. Agroſt. p.* 4.) ſequitur. Hic vero non conſpexiſſe videtur Hordeum maritimum; ille ſæpiſſime, ſpecierum nomine, varietates deſcribit.

## TRIGYNIA.

*umbellatum.* 11. HOLOSTEUM floribus umbellatis. *Syſt. veg.* 104. 4.

*Niet zeldzaam in 't voorjaar op zandige bouwlanden by* Harderwyk.

In noſtris ſpeciminibus vidimus ſtamina 3 vel 5,

nec 4, ſtylos ſemper 3, petala inæqualiter tridentata, pedunculos 6-12. Alium harum partium numerum & figuram obſervarunt Loeſling, Linnaeus, Heiſter, Pollich, Leers, alii.

## *EX CLASSE IV*

# TETRANDRIA.

## MONOGYNIA.

12. Galium foliis ſenis obovatis obtuſis, caule ramoſiſſimo procumbente *Syſt. veg.* 125. 8. *ſaxatile.*

*Aan droge wallen by* Harderwyk (Ehrhart).

## DIGYNIA.

13. Cuscuta floribus ſeſſilibus quinqueſidis, bracteis obvallatis. *Syſt. veg.* 170. 2. *Epithymum.*

*Vry gemeen op de heide-velden van de* Veluwe, Gooiland, Utrecht *en* Friesland, *om de heide-ſtruiken geſlingerd, of over dezelve uitgeſpreid.*

Gorterus noſter hanc non diſtinxiſſe videtur a vulgari C. europæa. Conf. loca natalia hujus, quæ deſcribit *Floræ VII. prov. n.* 153. Meeſius itidem utramque confudit; vid. *Flor. Friſ.* n. 71.
Flores pentandri.

TETRAGYNIA.

*grami-neum.* 14. POTAMOGETON foliis lineari-lanceolatis alternis ſeſſilibus ſtipulâ anguſtioribus. *Syſt. veg.* 174. 10.

*Tuſſchen* Hardenberg *en* Venbrug, *en by* Heemze (Ehrhart).

*marinum.* 15. POTAMOGETON foliis linearibus alternis diſtinctis inferne vaginantibus. *Syſt. veg.* 174. 11.

*Te* Harderwyk *in de Stadsgraft by de Zee.*

*EX CLASSE V*

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

*Belladon-na.* 16. ATROPA caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Syſt. veg.* 249. 2.

Raram cæterum hanc, quod minime dolemus, neque antea in Belgio repertam, ſtirpem, in tractu tamen Oldamptino Provinciæ Groninganæ non deeſſe, ſingulari caſu detectum fuit. Conf. cl. S. J. Brugmans *Diſſert. de plantis inutil. & venenatis pratorum p.* 30.

DIGYNIA.

*Amarel-la.* 17. GENTIANA corollis quinquefidis hypocra-

teriformibus, fauce barbatis. *Syſt. veg.* 322. 33.

*In de duinen by* Scheveningen *en* 's Gravenhage (Ehrhart).

18. GENTIANA corollis quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. *Syſt. veg.* 322. 38. *filiformis.*

*Op lage heide-gronden op de* Veluwe, *onder andere kleine planten, als* Scirpus ſetaceus, Linum Radiola, Blaſia, Anthoceros *en diergelyken, als by* Harderwyk *aan 't eind van de hoge Sypel en Zandſteeg, en by* Vanenburg.
*Tusſchen* Poppen *en* Hengelo, *en tusſchen* Zwolle *en de* kleine Haar (Ehrhart).

Flores ſemper tetrandri monogyni.

19. SIUM foliis pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro univerſali pinnatifido. *Syſt. veg.* 348. 2. *anguſtifolium.*

*In verſcheide ſlooten en beeken by* Harderwyk, *als aan het eind van de hooge Sypel, in* Tonſel *en aan de* Nykerker *weg.*

Eſt *Sium nodiflorum* a Gortero in Flora VII. Prov. recenſitum; quod non tantum ex loco natali, ibi commemorato, diu ſuſpicatus fueram, ſed quod ex ipſo viri cl. horto ſicco manifeſtum eſt, ubi, nomine Sii nodiflori, Sium anguſtifolium aſſervatur. Non rarus eſt inter Botanicos hic error,

quum etiam Hallerus (*Hiſt. ſtirp. Helv. n.* 778), Weigelius (*Obſerv. botan. p.* 26.), Retzius (*Obſerv. botan. faſc.* I. *p.* 16.), & Oederus (*Flor. Dan. tab.* 247.) Sium noſtrum anguſtifolium vocent nodiflorum.

*graveolens.* 20. ANETHUM fructibus compreſſis. *Syſt. veg.* 364. 1.

By Zutphen (de Gorter *Flora Zutphanica p.* 21.).

An vere indigena?

## *EX CLASSE VI*

# HEXANDRIA.

## MONOGYNIA.

*multiflora.* 21. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis multifloris. *Syſt. veg.* 425. 7.

*By* Harderwyk *op ſchaduwachtige plaatſen in de boſchen.*
*By* Heemze (Ehrhart). *By* Overveen *in de duinen* (Loosjes *Flora Harlemica n.* 82., quem tamen locum Gorterus, adſignat C. Polygonato.)

Attenta partium & attributorum in loco natali inſpectio omnino comprobare videtur, hanc ſpecie non diſtinctam eſſe a Convallaria Polygonato. Eadem antea Linnæo ſtetit ſententia. „ Varie-

„ tates, ” inquit, „ hæ ſatis manifeſtæ & evi„ dentes ſunt; ſpecie tamen non diſtinctas eſſe, „ docuit attenta inſpectio partium & attributo„ rum in loco natali. Diſtinguat itaque eas, „ qui velit; ego convictus ſum, quod ſpecie di„ ſtingui non debeant, licet pedunculi in aliis „ uniflori, in aliis multiflori ſint. ” Vid. *Hort. Cliffort. p.* 125. Miror igitur, deinde ſententiam mutaſſe virum ill.

*22. JUNCUS annuus, culmo ramoſo paniculato, floribus ſolitariis ſeſſilibus, petalis ovato oblongis, capſula ſubgloboſa. *Linn. fil. Supplem. plantar. p.* 208. *Tenageia.*
Juncus foliatus minor, floribus per ramum ſparſis. *Vaillant. Botan. Pariſ. p.* 109. *tab.* 20. *f.* 1.

*By* Delden *en* Hengelo (Ehrhart).

Novam hanc ſpeciem primus deſcripſit, & cl. Linnæo ſuppeditavit Ehrhartus. Mirari autem hac occaſione ſubit, ill. Murraium novæ ſuæ Syſtematis vegetabilium editioni, neque hanc inſeruiſſe plantam, neque plurimas alias, quas a cl. Ehrhart, ſibi indicatas, Supplemento plantarum inferere nullus dubitaverat Linnæus filius.

*23. JUNCUS culmo nudo filiformi, foliis ſetaceis erectis, capitulis terminali lateralique ſubfolioſis. *tenellus.*

*Op vogtige plaatſen op de heide-velden by* Harderwyk.

Diverſa a Linnæanis Junci ſpeciebus. Proxime autem ad noſtram accedunt:

Juncus caule brachiato, foliis ſetaceis, floribus faſciculatis ad ramos ſeſſilibus. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 1320. Sed culmus noſtræ ſimplex eſt, non brachiatus.

Juncus (*capitatus*) foliis ſetaceis, capitulis terminali alarique ſubfolioſis, petalis acutis integris, pericarpio æqualibus. *Weigel Obſerv. botan. p.* 28. — Sed non ſemper adeſt capitulum alare, magisque accedit ad Juncum ſquarroſum quam ad bufonium; neque icon *tab.* 2. *f.* 5. noſtræ ſatis reſpondet.

Juncus (*ericetorum*) culmo nudo filiformi, foliis linearibus canaliculatis, capitulo ſubrotundo ſeſſili terminali triphyllo. *Pollich hiſt. plant. palat. n.* 350. Sed noſtra non ſemper unicum habet capitulum terminale, neque occurrit in pratis ſiccis ſabuloſis.

*nemoroſus.* *24. JUNCUS foliis planis piloſis, floribus faſciculatis. *Pollich d. l. n.* 350.

Juncus planifolius umbellatus, petalis aequalibus. *Haller hiſt. ſtirp. Helv. t. II. n.* 1327.

Gramen hirſutum anguſtifolium majus. *C. Bauh. Pin. p.* 7, *Scheuchz. Agroſtogr. p.* 318.

*In het* Puttenſche *en* Spulder *bosch op de* Veluwe.

Sitne hæc vere diſtincta ſpecies, an vero varietas Junci piloſi, dubitaverim.

## TRIGYNIA.

*25 Rumex floribus hermaphroditis, valvulis linearibus obtuſis integerrimis graniſeris, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato lanceolatis. *Linn. fil. Suppl. Plant. p.* 212. *Nemolapathum.*

Rumex (glomeratus) floribus hermaphroditis, ad alas foliorum conglomeratis, foliis lanceolatis integerrimis. *Boehmer Flor. Lipſ. p.* 240. *n.* 576. *& Schreber conſpect. floræ Lipſ.*

Rumex conglomeratus. *Leers Flor. Herborn. n.* 275. *& Murray prodr. deſign. ſtirp. Götting. p.* 52. Nullam tamen vir ill. ejus mentionem facit in Syſt. vegetab.

An Lapathum Hydrolapathum? *Scopoli flor. Carniol. n.* 442.

Rumex crispus β. *Pollich l. c. n.* 356.

Rumex acutus β. *de Gorter flora* VII. *prov. n.* 323.

Lapathum petiolis lateſcentibus, foliis longe lanceolatis, floribus verticillatis verrucoſis. *Hall. l. c. n.* 1590.

Lapathum minimum. *C. Bauh. pin. p.* 115.

Lapathum acutum minimum. *J. Bauh. hiſt. t. II. p.* 985.

*Op verſcheide plaatſen aan de kanten van ſlooten, als by* Harderwyk, *en aan de kant van trekvaarten in* Holland.

*By* Hengelo (Ehrhart).

## POLYGYNIA.

*natans.* 26. ALISMA foliis ovatis obtuſis, pedunculis ſolitariis. *Syſt. veg.* 460. 5.

*In ſlooten by* Delden *en* Hengelo (Ehrhart).

## *EX CLASSE VIII*

# OCTANDRIA.

## MONOGYNIA.

*multiflora.* 27. ERICA antheris muticis exſertis, corollis cylindricis, ſtylis exſertis, foliis quinis, floribus ſparſis. *Syſt. veg.* 484. 71.

*By* Harderwyk (Linnæus *Flora Belgica*, *in Amœn. Acad. vol. VI. p.* 52.).

## TRIGYNIA.

*dumetorum.* 28. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili lævi, floribus carinato alatis. *Syſt. veg.* 495. 30.

*Vry gemeen in* Gelderland *aan de heggen der tuinen, en tuſſchen het hakhout.*
*Op ſommige plaatſen in* Overyſſel (Ehrhart).

Huc pertinet Convolvulum nigrum *Dodon. pempt. p.* 396. quod ſynonymon Gorterus refert ad Polygonum Convolvulum, a quo noſtram ſpeciem

non ſatis diſtinxiſſe v. cl., patet inſuper ex loco natali, quem P. Convolvulo tribuit „ *in heggen*: " atqui in ſepibus hæc non creſcit,

## *EX CLASSE X*

# DECANDRIA.

### DIGYNIA.

29. CHRYSOSPLENIUM foliis oppoſitis. *Syſt. Veg.* 558. 2. *oppoſitifolium.*

Habitat in Belgio (Linnæus *Syſt. plant. t. II. p.* 308.).

30. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Syſt. veg.* 565. 10. *deltoides.*

*By* Zwol (Ehrhart).

### TRIGYNIA.

*31. STELLARIA foliis lanceolatis, petalis bipartitis, calycem longitudine æquantibus. *Pollich d. l. n.* 422. *aquatica.*
Alſine foliis lanceolatis, petalis bipartitis, petiolis unifloris. *Haller Helv. n.* 885.

An Alſine folio gramineo anguſtiore, paluſtris. *Dillen. Append. p.* 69., quæ Linnæo varietas eſt Stellariæ gramineæ? Eſt autem S. aquatica vere ab hac diſtincta ſpecies.

*Aan het eind van de hoge Sypel, aan de Weibeek, en elders op vogtige plaatſen by* Harderwyk.

*Tuſchen* Hardenberg *en* Venbrug *in* Overyſſel (Ehrhart).

## PENTAGYNIA.

*reflexum.* 32. SEDUM foliis ſubulatis ſparſis baſi ſolutis, inferioribus recurvatis. *Syſt. veg.* 579. 11.

*Aan den voet der bergen langs den* Rhyn *by de* Doreweerd, *en op de wallen en fortificatien van* Naarden.

Varius petalorum & ſtaminum numerus, ſtyli & capſulæ plerumque 6 - 9, evidenti ſunt argumento, ſeparationem generum Sedi & Sempervivi eſſe mere artificialem, imo ne quidem in ſyſtemate plantarum artificiali bene procedere.

*aquaticum.* 33. CERASTIUM foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, fructibus pendulis. *Syſt. veg.* 585. 13.

*By* Zandvoort, Muiden, Muiderberg, *aan de* Helder *en op* Texel.

Conf. de Gorter *Flor. Belg. n.* 376, ubi hanc plantam recenſet; omiſit autem iterum in Flora VII. Prov., motus quibusdam, manu Chirurgi Alcmarienſis Timmer ſcriptis, animadverſionibus, quæ tamen parvi ponderis eſſe videntur (Conf. *Flor. VII. Prov. Plant. dub. n.* 1076.); & quidquid de-

mum de illis fit, tum ipſe Ao. 1784. *aan de Helder*, tum Ao. 1782. cl. Ehrhart *by Muiden* genuinum Ceraſtium aquaticum Linn. invenimus.

34. SPERGULA foliis verticillatis, floribus pentandris. *Syſt. veg.* 586. 2. *pentandra.*

*Hier en daar by* Harderwyk *en* Haarlem.
*In* Vriesland *onder de gemeene Spurrie* (Meeſe).

## EX CLASSE XI

# DODECANDRIA.

## MONOGYNIA.

35. ASARUM foliis reniformibus obtuſis binis. *Syſt. veg.* 589. 1. *europæum.*

Boerhaavius indigenam eſſe ſignificavit. *Ind. alt. plant. hort. L. B. T. II. p.* 95.
„ Creſcit in umbroſis opacis ſepibus, praeſertim corylaceis, in variis locis Hollandiæ ", Linnæus *Hort. Cliffort. p.* 178.; vid. & *Floram Belg.* in *Amoen. Acad. t. VI. p.* 52.

## TRIGYNIA.

*36. EUPHORBIA umbella multifida dichotoma, involucellis ſubcordatis, petalis integris, foliis lineari-lanceolatis ſubimbricatis acutis glaucis. *campeſtris.*

*Zeer veel aan den* Yſſeldyk *by* Campen, Deventer, Zutphen *en* Voorst.

Proxime ad noſtram accedunt, neque tamen in omnibus conveniunt:

Euphorbia Eſula *Pollichii, t. II. n.* 460.

Euphorbia Paralias *Scopolii, Flor. Carniol. n.* 581.

Euphorbia Cajogala *Ehrharti, Hannov. Magaz.* 1783. 14 *ſtück, Beiträge II. b. ſ.* 102.

Tithymalus foliis linearibus ariſtatis imbricatis, ſtipulis umbellaribus ovato lanceolatis, floralibus cordatis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv. n.* 1055., quod Synon. ad Euph. Paraliam refertur in *Syſt. Plant.*

Eſt fere intermedia ſpecies inter Euphorbiam Eſulam & Paraliam, ab utraque tamen probe diſtinguenda. Creſcunt jam per plures annos hæ tres ſpecies in horto noſtro Academico, neque una in alteram, ſatione aliquoties a me inſtituta, tranſiit.

## *EX CLASSE XII*

# ICOSANDRIA.

## DIGYNIA.

*monogyna.* *37. CRATÆGUS foliis ſubtrifidis acutis, floribus monogynis. *Jacquin Flor. Auſtr. vol. III. t.* 292. *f.* 2. *Syſt. veg.* 622. 10.

*Op dezelfde plaatſen, als de gemeene Haagdoorn* (Cratægus Oxyacantha); *gemeen by* Harderwyk.

Pro nova ſpecie deſcripſit JACQUINUS. Pace tamen viri ill., non differre videtur a C. Oxyacantha, niſi numero ſtylorum; ſed ut in plurimis hujus claſſis arboribus numerum hunc variare, res eſt notiſſima, ſic quoque plura vidi ſpecimina C. Oxyacanthæ floribus trigynis. Anne igitur hæc etiam ad diſtinctam ſpeciem erunt referenda? Sed & vidi in eadem arbore ſæpius flores alios monogynos, alios digynos, adeoque, juxta Jacquinum, duas has ſpecies in eadem ſtirpe conjunctas.

## POLYGYNIA.

38. ROSA germinibus globoſis petiolisque aculeatis, aculeis recurvis, foliis ſubtus rubiginoſis. *Syſt. veg.* 631. 2. *rubiginoſa.*

*Aan zee-kant by* Harderwyk, *op* Doreweerd, *langs de weg tusſchen* Nymegen *en* Arnhem, *by* Velzen, *en elders by* Haarlem.

Roſam Eglanteriam cum noſtra confudiſſe videtur cl. de Gorter (*Flor.* VII *prov. n.* 428.). Idem alii botanici plurimi fecerunt.

39. FRAGARIA caule decumbente, (ſeminibus receptaculo exſucco affixis). *Syſt. veg.* 633. 3. *ſterilis.*

*By* Harderwyk *in het Ribbenboschje.*

Demonſtrat hæc planta, arte, non naturâ, diſtincta eſſe Fragariæ & Potentillæ genera;

## *EX CLASSE XIII*

# POLYANDRIA.

## MONOGYNIA.

*dubium.* 40. PAPAVER capſulis oblongis glabris, caule multifloro, ſetis appreſſis, foliis pinnatifidis inciſis. *Syſt. veg.* 648. 6.

*Op zandige bouwlanden en wegen by* Arnhem, Harderwyk, Haarlem, Naarden, Noorddorp, Groningen, *en andere plaatſen.*

## *EX CLASSE XIV*

# DIDYNAMIA.

## GYMNOSPERMIA.

*hirſuta.* 41. MENTHA floribus capitatis, foliis ovatis ſerratis ſubſeſſilibus pubeſcentibus, ſtaminibus corolla longioribus. *Syſt. veg.* 713. 7.

Habitat in Hollandia (Linnæus *Syſt. plant. t. III. p.* 43.).

* * *
* *
*

## *EX CLASSE XV*

# TETRADYNAMIA.

### SILICULOSA.

42. MYAGRUM ſiliculis lentiformibus orbiculatis punctato rugoſis. *Syſt. veg.* 796. 8. *paniculatum.*

*In de koornlanden by* Emaus *buiten* Harderwyk.

### SILIQUOSA.

43. ISATIS foliis radicalibus crenatis, caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis. *Syſt. veg.* 824. 1. *tinctoria.*
*Weede* Belg.

*In* Holland, *vooral op de duinen* (van Berkhey *Verhand. van de Holl. Maatſch.* VIII *d. bl.* 116.). *In* Noord-Holland (van Hazen *Verh. v. d. Holl. Maatſch.* XIX *d.* 1. *ſt. bl.* 271.). *Op de bouwlanden van* Vriesland (Brugmans *Orat. de plant. indig. accurat. not. max. commend. p.* 36.).

44. CRAMBE foliis cauleque glabris. *Syſt. veg.* 825. 1. *maritima.*

*Op het uiterſte der ſtranden van* Holland (Dentan *Verhand. van de Holl. Maatſch.* XIX *d.* 3 *ſt. bl.* 31.).

## *EX CLASSE XVII*

# DIADELPHIA.

## OCTANDRIA.

*amara.* 45. POLYGALA floribus criſtatis racemoſis, caulibus erectiuſculis, foliis radicalibus obovatis majoribus. *Syſt. veg.* 851. 5.

*Op ſchrale gras-landen en lage heide-velden; by* Harderwyk *op de Gagel-kampen, en by* Hartskamp *op de* Veluwe.

Equidem conjungendam iterum putaverim cum Polygala vulgari; vidi enim plura ſpecimina inter utramque quaſi ſpeciem media; & Polygalæ vulgaris in horto cultæ folia radicalia latiora fiunt, ita ut vix ab amara dignoſcantur.

## DECANDRIA.

*ſpinoſa.* *46. ONONIS floribus racemoſis ſolitariis, foliis ternatis ſolitariiſque, ramis ſpinoſis. *Murray Syſt. veg.* 862. 2.

Anonis ſpinoſa flore purpureo. *C. Bauh. Pin. p.* 389.

Anonis. *Dodon. Pempt. p.* 743.

Ononis arvenſis *α*, *β*. *Gorter Flor.* VII. *prov. n.* 596.

*Veel langs de wegen, dyken en bouwlanden, en op ſchrale weilanden.*

A Gortero noſtro, ut olim a Linnæo, refertur ad

Ononidem arvenſem; a qua tamen ſpecie hanc differre, plurimi hodie, & inter hos Murraius quoque, contendunt; num rèctè? dubitare liceat.

47. PISUM petiolis ſupra planiuſculis, caule angulato, ſtipulis ſagittatis, pedunculis multifloris. *Syſt. veg.* 870. 3. *maritimum.*

Creſcit in littoribus Belgii (Linnæus *Hort. Cliffort. p.* 369.).

48. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis lanceolatis. *Syſt. veg.* 872. 20. *paluſtris.*

*In de Ooſter-mehen by* Harderwyk.

49. TRIFOLIUM ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, caulibus procumbentibus. *Syſt. veg.* 896. 43. *procumbens.*
*Rys-klaver* Hardervicenis.

*Langs het zee-ſtrand by* Harderwyk *en* Doornſpyk.

50. TRIFOLIUM ſpicis ſubimbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus pedicellatis, caulibus procumbentibus. *Syſt. veg.* 896. 44. *filiforme.*

*By* Elburg, Bysſelt *en* Oldebroek *op de* Veluwe.

Simile admodum præcedenti, quocum recte, quantum video, junxit ill. Hallerus (*Hiſt. ſtirp. Helv. n.* 364.), qui cæterum augere magis amat, quam imminuere ſpecierum numerum.

## *EX CLASSE XVIII*

# POLYADELPHIA.

## POLYANDRIA.

*montanum.* 51. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato glanduloſis, caule tereti erecto, foliis ovatis glabris. *Syſt. veg.* 902. 29.

*Op de bergen langs den* Rhyn, *op* Doreweerd.

*pulchrum.* 52. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato glanduloſis, caule tereti, foliis amplexicaulibus cordatis glabris. *Syſt. veg.* 902. 35.

*In de boſchen van* Doreweerd *en* Staverden *op de* Veluwe.

## *EX CLASSE XIX*

# SYNGENESIA.

## POLYGAMIA ÆQUALIS.

*hirtum.* 53. LEONTODON calyce toto erecto, foliis dentatis hirtis, ſetis ſimpliciſſimis. *Syſt. veg.* 912. 2.

*Langs de wegen en op de gras-landen aan zee-kant by* Harderwyk.

## POLYGAMIA SUPERFLUA.

54. INULA foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. *Syſt. veg.* 956. 1. *Helenium.*

*Op vogtige plaatſen by* Almelo.
Creſcit in pratis ſucculentis & humidioribus per Belgium (Linnæus *Hort. Cliffort. p.* 407., *Syſt. plant. vol. III. p.* 824.). Indigenam ſtirpem eſſe, etiam Boerhaavius ſignificavit (*Ind. alt. horti Lugdb. tom. I. p.* 94. *n.* 1.).

55. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. *Syſt. veg.* 966. 10. *inodorum.*

*By* Harderwyk, Elburg *en* Nykerk *aan de wegen, vooral aan zee-kant.*

## *EX CLASSE XX*

# GYNANDRIA.

## DIANDRIA.

56. OPHRYS bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſpirali ſecundis, nectarii labio indiviſo crenulato. *Syſt. veg.* 1011. 3. *ſpiralis.*

*By* Hengelo *in* Overyſſel (Ehrhart).

## EX CLASSE XXI

# MONOECIA.

## TRIANDRIA.

*ſilvatica.* *57. CAREX ſpicis pendulis, maſcula erecta, fœmineis filiformibus pedunculo brevioribus, capſulis acutis diſtantibus. *Hudſon. Flor. Angl. p.* 353. *n.* 22.
Carex veſicaria β. *Syſt. plant. t. IV. p.* 114. ubi ſynonyma enumerantur.

*Op de Gagel-kampen by* 's Heeren-loo, *niet verre van* Harderwyk.

Jure hanc a Carice veſicaria diſtinguunt hodie botanici tantum non omnes.

## SYNGENESIA.

*dioica.* *58. BRYONIA foliis palmatis utrimque calloſo ſcabris, floribus dioicis. *Jacquin Flor. Auſtr. vol. II. p.* 59, *Syſt. veg.* 1093. 2.
Bryonia alba. *Pollich Palat. n.* 915, *Leers Herborn. n.* 744, *Hudſon Flor. Angl. ed.* 2. *p.* 337.
Bryonia foliis palmatis utrimque calloſo ſcabris. *Haller. Helv. n.* 547.
Bryonia aspera ſ. alba baccis rubris. *C. Bauh. Pin. p.* 297.
Vitis alba ſive Bryonia. *J. Bauh. Hiſt. v. II. p.* 243.
Bryonia alba. *Dodon. Pempt. p.* 399.

Multis in Belgio locis reperitur (Dodonæus l. c.).

*Aan de heggen der tuinen en langs de wegen op ſchaduwachtige plaatſen by* Harderwyk.

Ad hanc ſpeciem plura ſynonyma & loca natalia pertinent, a Gortero relata ad Bryoniam albam, a qua noſtram non ſatis diſtinxit vir cl. In *Flora* enim VII. *prov. n.* 801., dicit ſuam plantam monoicam eſſe, & baccas nigras ferre; excitat autem eodem loco *Floram Gelro-Zutph. n.* 536. ubi expreſſe dicit, dioicam eſſe.

En autem genuina Bryoniæ albæ ſynonyma, quæ Gorterianis ſubſtitui queant:

Bryonia alba. *Scopoli Fl. Carn. n.* 1200.

Bryonia nigra. *Dodon Pempt. p.* 395.

Bryonia alba baccis nigris. *C. Bauh. Pin. p.* 297.

Vitis ſ. Bryonia nigris baccis. *J. Bauh. Hiſt. vol.* 2. *p.* 146.

## EX CLASSE XXII

# DIOECIA.

## DIANDRIA.

59. SALIX foliis ſerratis glabris, floribus triandris. *Syſt. veg.* 1098. 2. *triandra.*

*By* Hengelo (Ehrhart).

60. SALIX foliis integerrimis utrinque villoſis obovatis appendiculatis. *Syſt. veg.* 1098. 22. *aurita.*

*By* Hengelo (Ehrhart).

*incubacea.* 61. SALIX foliis integerrimis lanceolatis ſubtus villoſis nitidis, ſtipulis ovatis acutis. *Syſt. veg.* 1098. 26.

*By* Oldebroek *op de* Veluwe (Ehrhart).

*repens.* 62. SALIX foliis integerrimis lanceolatis utrinque nudiuſculis, caule repente. *Syſt. veg.* 1098. 27.

*Aan het eind van de hoge Sypel, en elders op zandige vogtige plaatſen by* Harderwyk.

## *EX CLASSE XXIV*

# CRYPTOGAMIA.

## MUSCI.

*ſubulatum.* 63. PHASCUM (caulescens), foliis (lineari-) ſetaceis patulis. *Syſt. veg.* 1189. 3.

*Op de bouwlanden in het voorjaar by* Harderwyk.

Neque ipſa planta acaulis, neque capſula ſeſſilis eſt. —In unico ſurculo non ramoſo binas ſemel vidi capſulas.

*muticum.* *64. PHASCUM acaule, foliis ovatis muticis concavis conniventibus. *Schreber de Phaſco*

*obſſ. p.* 8. *tab. I. fig.* 11, 12., *Spicileg. flor. Lipſ. p.* 72. *n.* 779., *Weber Spicil. flor. Götting. p.* 126. *n.* 195.
Phascum acaulon β. *Linn. Syſt. pl. v. IV. p.* 450, *Hudſon Fl. Angl. p.* 396, *Weis Pl. cryptogam. floræ Götting. p.* 267.
*Dillen. Hiſt. muſc.* XXXII. 12.

*By het vorige, en by het* Phascum acaulon.

Linnæus pro varietate habuit ſui Phaſci acauli. Diſtinxerunt vero Dillenium ſecuti, Schreberus, Weberus, Hedwigius. Hactenus Linnæi magis placeret ſententia; quod enim Ph. muticum ſit acaule, cuspidatum vero (i. e. acaulon Linn.) cauleſcat, non ſufficere videtur ut diſtinguantur; ſæpe enim eodem modo ſpecimina occurrunt Phasci ſubulati vere acaulia, quæ tamen nemo ad diſtinctam ſpeciem retulerit. Sed ipſe cl. Schreberus agnoſcit: „ Phascum ſubulatum & cuspi„ datum, pro varietate ſoli natalis, magnitu„ dine & habitu admodum variare, ita ut ſæ„ pius novas ſpecies mentiantur ". Vid. *Obſſ. cit. p.* 9.

*65. PHASCUM cauleſcens, foliis oblongis piliferis erectis. *Schreb. de Phasco p.* 8. *tab. I. f.* 6. 7., *Spicil. p.* 74. *n.* 1029. *piliferum.*

*Op eenige muren te* Nykerk *op de* Veluwe.

Hæc a reliquis omnino diſtincta videtur ſpecies.

66. BUXBAUMIA aphylla, pedunculo elongato. *Syſt. veg.* 1188. 1. *aphylla.*

Primum legi rariorem hunc muſcum Aprili 1786, *in het* Puttenſche *boſch op de* Veluwe.

*urnigerum.* 67. POLYTRICHUM caule ramoſiſſimo, pedunculis axillaribus. *Syſt. veg.* 1192. 4.

*By* Elmerink *niet verre van* Deventer (Ehrhart).

*fontanum.* 68. MNIUM (caule ramoſo, capſulis ſubrotundis obliquis). *Syſt. veg.* 1193. 4.

*By* Harderwyk *aan de oorſprong van de hoge Sypel, en by* Arnhem *aan het begin van kleine beekjes.*

Pedunculi radicales perichætio manifeſto ſquamoſo, (quod etiam Dillenius *Hiſt. muſc. tab.* XLIV. *f.* 2. *d. e. f.* delineat), cincti ſunt. Raro caulis vere ſimplex cernitur, neque in omnibus geniculis inflexus.

*paluſtre.* 69. MNIUM caule dichotomo, foliis ſubulatis. *Syſt. veg.* 1193. 5.

*Tuſſchen* Heemze *en de* kleine Haar *in* Overysſel (Ehrhart).

*annotinum.* 70. MNIUM foliis ovatis acuminatis pellucidis, pedunculis ſubradicalibus, antheris nutantibus. *Syſt. veg.* 1193. 10.

*By* Harderwyk *aan den kant van ſlooten, en op vogtige plaatſen in de boſſchen.*

71. MNIUM calyptra villoſa. *Syſt. veg.* 1193. 16. *polytrichoides.*

*α.* capſulis ſubrotundis, foliis integerrimis.

*In het* Puttenſche *boſch.*
*In de boſchen by* het Loo (Ehrhart).

*β.* capſulis ſubcylindricis, foliis ſerrulatis.

*In de boſchen by* het Loo (Ehrhart).

Merito has varietates Linnæanas plurimi hodie ſpecie diſtinguunt, & Polytrichi generi utramque inferunt.

72. HYPNUM ſurculis vagis erectiuſculis, foliis ſecundis recurvatis. *Syſt. veg.* 1195. 11. *rugoſum.*

Habitat in Hollandia (Linnæus *Syſt. plant. t. IV. p.* 485).

